

**Rom, 1461, November 3.****317.**

*Papst Pius II. bestätigt die Privilegien und Rechte der Bursfeldischen Congregation. Unter den Klöstern, die sich der Congregation angeschlossen haben, wird auch das Kloster Berge genannt.*

Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo primo tertio nonas Novembris pontificatus nostri anno quarto.

*Gedr.: Leuckfeld, Antiq. Bursfeld S. 160—164.*

**Kl. Berge, 1461, December 11.****318.**

*Bartholomäus Wardenberch, Anbauer in Möckern, entsagt allen seinen Gütern zu Gunsten des Klosters Berge.*

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo primo indictione nona die vero Veneris undecima mensis Decembris pontificatus sanctissimi — domini Pii divina providentia pape secundi anno quarto in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus providus vir Bartholomeus Wardenberch laicus colonus in opido Mockern Magdeburgensis diocesis — — tam pro se quam pro suis heredibus et successoribus omnibus et singulis rebus pecuniis suppellectilibus et aliis bonis quibuscumque quocumque nomine censeantur et in quibus rebus consistant, que honesta domina Ghesa relicta quondam Hermanni Schutte, mater legitima et carnalis eiusdem Bartholomei, ad monasterium sancti Iohannis baptiste in Berga ordinis sancti Benedicti Magdeburgensis diocesis iam portavit et etiam que in futurum ibidem post obitum suum dereliquerit, eidem monasterio expresse resignavit cessit et demisit, nullo iure nulla actione directa aut utili tacita vel expressa sibi aut suis heredibus et successoribus in premissis omnibus et singulis — — pro se et suis heredibus predictis omnino renunciavit — —.

Acta sunt hec in dicto monasterio in Berga — presentibus ibidem discretis viris Waltero Kyl clerico Osnabrugensis et Hermanno Pernicken laico Halberstadensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Iohannes Coci clericus Maguntinensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate notarius etc.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 92. Abschrift im Privilegienbuche S. 353—356 mit der Ueberschrift: Renunciatio Bartholomei Wardenberge super omnibus bonis per matrem suam nostram prebendam post mortem relinquendis. in cap. L VIII.*